



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

Ad Bernardum Rottendorff Archiatrum Monasteriensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

A D

BERNARDUM ROTTENDORFF

ARCHIATRUM MONASTERIENSEM.

*De infulffimis Conradi Biermanni versibus dono misis.*

**N**UPER quod mihi pessimi poëtae  
 Scabros, illepidos, & inuenustos  
 Misti versiculos, amice, dignas  
 Tali munere gratias habemus,  
 ROTTENDORFFE, tibi, novem Sororum  
 Et Phoebi decus. hæc enim venena  
 Gustanti stomachus repente motus,  
 Tussis quando levem minata febrim  
 Quassabat latus, & caput gravedo  
 Torquebat, simul expulit nocentes  
 Morbi reliquias prioris omnes:  
 Ast ut carmina pessimi poëtae  
 Sic mi reddere visa sint salutem,  
 Tu posthac cave, ne modi remittas  
 Hujus munera, pestilentiora  
 Morbis omnibus, omnibus venenis.  
 Contra si facies, scias necesse est,  
 Actutum piperi togam datura,  
 Aut nidum tineis araneisque;  
 Aut pœnam subitura, quam Catullo  
 Pleni ruris & infacetiarum  
 Annales Volusi dedere vatis.

❦

O ij